



Universitätsbibliothek Paderborn

**Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola,
Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

6. Novembris. Quò propriùs aliquis accedit, eò meliùs ad suscipienda
bonitatis divinæ dona disponitur. S. Ignat. in ann. Exercit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

quodā
respon-
sum dili-
ni prups
inimicu-
edientia.
a obedi-
fit inten-
n oculus
c obedi-
o, vel po-
data de-
is inter-
er illum
Domino
alis et,
eterior,
ia nulli,
t, alios
i manu-
Divi-

Divinæ superior voluntatis interpres est, illam sequi, vel rejicere præmio, aut pœ- nā dignum est, reliqua in considerationem non veniunt, minùs affectu, aut pretio di- gna sunt rite ponderantis.

6. Novembris.

Quò propius aliquis Deum accedit, eò me- lius ad suscipienda bonitatis divinæ dona disponitur. S. Ignat. in ann. Exercit.

Lumini propior, plus lucis accipit, & igni vicinior, caloris amplius partici- pat: ita qui infinitæ sanctitati strictius ad- hæret, plus haurit sanctitatis. Ut creatura, sic & Creator uniformiter difformiter agit.

Deum nemo accedit, nisi, qui recedit à terra; & huic unà, & illi adhærere velle, in- utilis est conatus. Alteruter deserendus est. Si hujus blandimenta contemnis, cæ- lestia recipies.

Non frustra se nobis Christus dedit, nos repetit; hominem induit, ut omnium se homo affectu exueret; præcessit, ut vesti- gia sequeremur; & hæc semita est, quæ so- la dicit ad virtutem. Veni, dicit & tibi, se- quere me.

Respus magistros auribus pruriētes,

P

hic

hic verba vitæ æternæ habet; si ejus doctrinam sequimur, omnem omnium hominum, & sanctorum scientiam exhausimus, Accedite ad eum, & illuminamini.

7. Novembris.

Christianus unusquisque pius esse debet promptiore animo sententiam, seu propositionem obscuram alterius in bonam trahere partem, quam damnare. S. Ignat. Exerc.

A Pud araneum omnia degenerant in venenum, quæ apis in mel convertit, non rei, sed naturæ malignantis vicio certissimum vitiati stomachi est indicium. Si ea, quæ sumis, in bilem, & indigestos humores convertantur.

Cùm absolvi possit, quem tuum trans ad tribunal, cur reum pronuncias? in iustitia hæc, imò tyrannis est: nemo condennari jure potest, nisi delictum sole clarius sit probatum. In dubio reus est absolvendus.

Quàm benignos tuorum dictorum, factorum ve interpretes, quàm pios cogitationum tuarum Judices habere velles, ram te aliis exhibeto, ne justo ratione

xquò